

The Electronic *Manipulus florum*
www.manipulusflorum.com

Correctio z
cum fonte primo

Non osculatur pater filium
sed aliquando castigat.
Ergo quando castigatur qui diligitur,
tunc circa eum pietas exercetur.
Habet enim et amor plagas suas
que dulciores sunt cum amarius inferuntur.
Dulcior enim est religiosa castigatio
quam blanda remissio.

Ambrosius in sermone de ad uincula Petri.

Non enim semper pater osculatur filium
sed et aliquando castigat.
Ergo quando castigatur qui diligitur,
tunc circa eum pietas exercetur.
Habet enim et amor plagas suas,
quae dulciores sunt, cum amarius inferuntur.
Dulcior enim est religiosa castigatio
quam blanda remissio,
unde ait propheta: *Dulciora sunt uulnera amici*
quam uoluntaria oscula inimici (Prou. 27:6).

Maximus Taurinensis, *Collectio sermonum antiqua*
(*extra.*), 80.1 (CCSL 23, A. Mutzenbecher ed.,
p.329, ll.14-20).